

Terminus post quem ist die im Text Z. 7f. erwähnte Sendung des NvK zum Herzog von Kleve Ende 1432; s. dazu Nr. 148. Der Text hat die Überschrift: *Avisando v. r. p. pro honore huius sacri concilii.*

In isto sacro concilio sunt constituti duo doctores, scilicet Nicolaus de Kusa cancellarius et Helwicus offic(i)alis Confluensis, fautores et servitores pretensi Vdalrici de Manderscheit detentoris diocesis Treuerensis, qui in vilipendium et contemptum ecclesie katholice compellit sacerdotes ad celebrandum divina in excommunicacione, nolentes autem celebrare expellit de diocesi, privando eos omnibus bonis.

Item cohartacio predicta ad celebracionem divinorum maxime venit ex instigacione Nicolai doctoris, qui anno proximo preterito ante festum natalis Christi ex parte huius sacri concilii missus fuit ad ducem Cleuensem. Idem Nicolaus prefato domino suo Vdalrico detentori necnon captivatori sacerdotum quoddam instrumentum protestacionis facte in prefato concilio¹⁾ apportavit, cuius tenor et effectus fuit, ut dictus detentor et sui complices asseruerunt et populo et clero intelligere dederunt, quod tres partes sacri concilii Basiliensis decrevisset processus contra ipsos et patriam Treuerensem fulminatos ad instanciam reverendi patris domini Rabani provisi Treucrensis esse nullos nulliusque roboris vel momenti. Quod quidem instrumentum publicatum fuit per totam diocesim, et clerus per ipsum instrumentum importunis requisicionibus violentatus extitit celebrare divina vel debere exire diocesim et patriam Treuerensem relictis omnibus bonis suis. Quorum proch dolor multi occasione predicta celebrare inceperunt et adhuc celebrant divina etc.

Es folgen Bemerkungen über den als Prokurator des Gemeinen Trierer Klerus auftretenden doctor Helwicus, der tatsächlich nur eine Minderheit dieses Klerus vertrete. Mitglieder des Trierer Klerus, deren Prokuratorium er nicht besitzt, werden detailliert aufgeführt. Et sic cum mendaciis et falsis coloribus sacrum concilium decipiunt et populum christianum misere seduxerunt et seducant et ad inobedienciam provocaverunt nec desistunt. Isti eciam sunt tales, qui primo nobiles et cives diocesis Treuerensis contra capitulum suum irritaverunt.

Es folgt ein Überblick über die Gewalttaten, die Ulrich seit dem letztvergangenen Osterfest gegenüber Trierer Klerikern begangen hat. Das Konzil möge sich über die Wahrheit all dessen durch Zitierung Trierer Kleriker vergewissern, et mendacia supradictorum doctorum innotescet.

Item iidem doctores ambo sunt excommunicati et in ipsis processibus apostolicis nominatim expressi.²⁾ Et multi mirantur, quod sic permittuntur ad actus huius sacri concilii, ex quo numquam cautionem fecerunt vel mandatum habent de parendo iuri pro suo asserto clero Treuerensi, cuius volunt esse procuratores.

¹⁾ Die Protestationen Nr. 143.

²⁾ Ein derartiges Schriftstück ist nicht bekannt.

1433 Januar 2, Basel.

Nr. 151

Konzilsprotokoll. NvK als Konzilsgesandter zum Herzog von Kleve.

Kop.: PARIS, *Bibl. Nat.*, lat. 15623 f. 101^v; ROM, *Bibl. Vat.*, *Regin.* 1017 f. 212^v (zu den Hss. s.o. zu Nr. 102).

Druck: CB II 301f.

Erw.: Meuthen, *Trierer Schisma* 113.

Generalkongregation. Lecte fuerunt littere domini ducis Cleuensis et magistri Nycolai de Cusa, concernentes materiam matrimonii domini ducis protectoris et filie ipsius ducis Cleuensis.¹⁾ Super quo fuit conclusum, quod concilium scriberet domino duci Cleuensi litteras regraciatorias et responsivas ad petita per eum, et de litteris componendis²⁾ assumpsit sibi onus dominus cardinalis legatus.

1 Nycolai de Cusa: N. de Coſa P 3 regraciatorias: regraciativas R 4 componendis: compilandis R.

¹⁾ S.o. Nr. 148.

²⁾ Nr. 152.